Applausus votivus, in solennem inaugurationis actum, dum vir ... dn. m. Dav...

Piilman, Johannes Isaaci,

1 Ic 1698 Lund, David

National Library of Sweden

8 31.

APPLAUSUS VOTIVUS,

In

SOLENNEM INAUGURATIONIS ACTUM,

Dum

VIR

Admodum Reverendus & Excellentiſſimus

DN. M. DAVID LUND/

Antehac

L.L. ORIENT. IN ATHENEO ABOENSI PROFESSOR CELEBERRIMUS,

S. S. Theologiæ Profeſſionem Ordinariam, in eadem Univerſitate,

Die XIII. Calend. Martii Anno Redemti Orbis 1698 exciperet.

21

OMnis Phœbi Chorus
In juſta erumpit gaudia,
Nam
Illuxit
Dies ille optatus,
Quo
Muſarum autiſtes Apollo,
Præmia digna laborum,
donat.

VIRO
Ampliſſimæ Dignitatis,
Maximæ Eruditionis,
Celeberrimæ Famæ,
Domino

M. DAVIDI LUND/

Antehac
Lingvarum Orientalium Profeſſori,
In Academia hac Aboënſi,
Longe Celeberrimo.
Hodie enim
Poſt tot exantlatos labores,
Divina Aſfulgente gratia,
Sacræ Regiæ Majestatis Nutu,
Bonis qvibuscunque applaudentibus,
In florentiſſima hac Univerſitate,
Solenni ritu,
Grato concentu & harmonia,
Introducitur,
&
Profeſſor Theologiæ Ordinarius
Creatur atque conſtituitur.

Exultim lætatur Sponſa Chriſti,
Qvia muro cingitur Atheneo,
Ab invaſionibus Hæreticorum, ceu in qvieto nemore,
Tuta,
Recubat & læta
Salve,
Itaque
Theologiæ Profeſſor Ordinarie,
Salve inquam
Atque
Altum honoris gradum,
Qvem
Meruiſti,
Læto animo,
Felix,
Aſcende.
Interea
DEUS Ter Optimus Maximus.
Te,
Imperterrito ſpiritu, longa annorum ſerie, Felici laborum ſucceſſu,
Beet!
Cumque
Sera & mitia fata te hinc migrare jubent,
Faxit,
DEUS Ter Optimus Maximus,
Per nunquam finienda ſecula,
In amœniſſimo beatorum habitaculo,
Inter alios Eccleſiæ Doctores,
Ceu fulgida ſtella,
Rutiles,
Luceas,
Splendeſcas.

37

Qvod
Calidiſſimis precibus,
Nunquam interruptis ſuſpiriis,
Vovet atque exoptat.
Admodum Reverendi atque Excellentisſimi
Domini Profeſſoris Theologiæ.

Devotus cultor
JOHANNES Pijlman/
Iſ. Fil.

VOTUM.

Magne Parens ſummi reſidens ſuper æthera cœli,
Pectora per flamen, nunc Rege clara tuum
Thejologi noſtri, qui pandit Palladis arte
Legis paginulas, ſanctaque jura poli,
Vivat ut in longos ſat felix Neſtoris annos,
Ac doceat lætus cœlica juſſa DEI!

OLAUS Wång.